

& omnes distractiones. Sicut modo geniti infantes. rationales sine dolo. lac concupiscite. ut in eo crescatis in salutem.
 Si gustatis quoniam dulcis est dominus. ad quem accedentes lapidem uiuum. ab hominibus. quidem reprobatum a deo autem electum & honorificatum. Et ipsi tamquam lapides uiui super edificantur domos spirituales. sacerdotium sanctum. offerre spirituales hostias. acceptabiles deo per ihesum christum. Propter quod continet scriptura. Ecce ponam in syon lapidem summum angularem. electum. pretiosum. & qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor. credentibus. non credentibus autem lapis quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. Et lapis offensio. & petra scandali. his qui offendunt in uerbo. nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum. regale sacerdotium. gens sancta. populus acquisitionis. ut uirtutes adnuntiatis eius qui de ueneris uos uocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus. nunc autem populus dei. Qui non consecuti midiam. nunc autem midiam consecuti.

R DOMINICA IN OCTAUA PASCHE
 LECTIO EPIT BEATI IOHIS APTI.
 MI. OMNE QUOD NATVM EST EX DEO. VIN